

28

**P**enitere. **P**rima dicitur **T**imor. **S**ecunda pudor. **T**ercia spes. **Q**uarta de  
 speratio. **P**rima causa dicitur timor. **T**iment enim multi ad penitentiam redire quia  
 cogitant laboriosum esse de suis culpis atque peccatis satisfacere. **S**ed  
 bis etiam remedia ad timorem repellendum dari possunt. **P**rimum est con-  
 sideratio peccatis pene facilitatis. **S**ecundum consideratio peccatis pene mo-  
 dicitatis. **T**ercium consideratio presentis pene breuitatis. **P**rimum  
 remedium est consideratio facilitatis et possibilitatis pene quae exigite sa-  
 tisfactione de qua dico tria notanda secundum thomam in .iiii. distinctioe  
 xv. **P**rimum notandum quod licet penitentia in fructuosa sit sine sa-  
 tisfactione tamen aliud est facere equiuale aliud possibile. **D**eus  
 non exigite a peccatore equiuale vel equale quia hoc est impossibile  
 nisi secundum peccatum. **I**n his honoribus qui sunt ad deum et ad pen-  
 ites non tenetur homo ad equiuale sed ad possibile ideo tenetur ho-  
 mo satisfacere secundum possibilitatem suam. **V**nde apostolus ad corinthios. **N**on  
 ex operibus iusticie que fecimus nos. **S**ecundum notandum quod quauis  
 homo totum posse suum debeat deo non tamen exigiteur de necessita-  
 te ut totum quod possit faciat quia hoc est impossibile secundum statum pe-  
 catis vite cum opteat homines circa multum sollicitum esse. **T**ercium  
 notandum quod facere aliquid acceptum deo potest intelligi dupliciter. **A**ut vir-  
 tute propria et sic nullus potest satisfacere de peccatis in deum commissis.  
**A**ut de re alterius et sic unusquisque merito christi potest satisfacere quod est  
 infinitum. **E**t si obieceret quod christus liberauit nos a pena debita pro peccatis  
 nostris iuxta illud .i. petri .ij. c. **P**eccata nostra ipse protulit in corpore suo  
 super lignum. **Q**uod exponens magister sententiarum in .ij. di. xix. ait. **P**eccata  
 portare est pena illorum exsoluere. **E**t ad hoc est dictum psalmi .liij. **V**ere  
 languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portauit. **E**t go  
 nulla satisfactio penalis erit necessaria. vel si erit necessaria non plene  
 christus satisfecit pro nobis. **R**esponderi potest secundum thomam in .ij. di. xix. **Q**uod  
 passio christi liberauit nos a pena penitentiam quantum est de se quia secundum quod dicit magister in  
 lra. **I**n baptismo omnis pena que pro peccato debet penitus relaxat. **S**ed cum  
 homo peccata iterat reddit se indignum tanto beneficio. **E**t pro passione non  
 remittit ei tota pena sed minorat secundum quod dicit magister in litera quantum  
 debet et expedit salua iusticia. **E**st ergo possibilis facilis que pena satis-  
 factoria quam ut scribitur .ff. de reg. iur. l. impossibile. **A**d impossibile  
 nemo tenetur. **E**t ut augustinus dicit in sermone. **D**eus seruum peccatum non da-  
 naret si ea que nullo modo fieri poterant imparet. **S**ecundum remedium  
 contra timorem satisfactionis est consideratio modicitatis ipsius pe-  
 ne. **O**mnis etenim pena temporalis modicum est et quasi nihil respectu fuisse pe-  
 re non solum inferne sed etiam purgatorij. de cuius grauitate suo loco di-  
 sputabitur. **T**ercium remedium contra timorem presentium est conside-  
 racio breuitatis pene satisfactorie. **N**am sicut breuis est vita ita bre-  
 uis est penitentia per quam salui esse valemus. **Q**uare nullo timo-  
 re penitentia est differenda. **S**ecunda causa quare plerique differunt  
 penitentiam agere dicitur pudor siue decubia. **E**rubescunt enim et verecundantur